

Ksaver Meško :

A U T U M N U S

Luna noctivaga arbores colorat
Argenti radiis suis coruscis,
Mundum somnus habet profundus omnem,
Caelestes rutilant domus in astris,
Autumnus graditur madens per orbem.

Mors iam adfert foliis manus atroces,
Audi, sic ideo strepunt dolenter,
In noctem resonat melos magis iam
Sedate; moritur dehinc querenter.

Cogitans ego claudio mi fenestras,
Autumni me agitat gelu reflatus,
Tergo mi lacrimas genis utrisque
Autumnus iam etiam mihi ipse venit.

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.

Igor Pleško :

H O M O E T M A R E

Quodsi naturae regnique maris speciosi
Est homo re vera dominus nec non herus una,
Hoc regnum maris observet cum mente scrutanti
Atque animum dimittat in hoc spectabile regnum,
Arcana quod tutela velatur aquarum
Immense valida praegrandique atque potenti!

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.